Esempi di lettere: patenti


Franciscussfortia vicecomes Dux Mediolani &c Papie Anglerieque Comes ac Janue et Cremone dominus. Volentes sic agere erga spectabilem virum d. Lambertum de grimaldis
dilectissimum nrum ut plane intelligat q illa que nunc perhibet pro nobis obsequia circa obtinendum dominium Ciuitatis Janue ita carpendimus ut ea re
nihil carius aut acceptius nobis hac tempestate prestari possit: Et q eius deuotio et fides in nos ardentissima apud nos non est irrita: neqz inanis
quinimo apud nos omnino gratissima sic ut in dies plura pro nobis audeat: et in posterum ad plura faciendum magis animetur: Cui nihilominus
grauiora sibi beneficia pollicemur in futurum q ea que sibi nunc impertimur tenore presentium ex certa nra scientia: et de nre potestatis plenitudine etiam absolute
alias omni modo et via ac forma quibus melius ac validius possumus ipsum d. Lambertum suosqz omnes de eius familia: seu agnatione: ac ceteros omnes tam
subditos q alios quoscunqz quos hic pro nominatis et sufficienter expressis haberi volumus qui pro eo et cum eo hactenus arma sumpserunt liberamus.
absoluimus: et ex nunc liberos: et absolutos omnino esse volumus: et iubemus ab omnibus: et singulis offensis: iniuriis: excessibus: robariis: rapinis rerum mobilium
dutaxat: et criminibus quales et quecunqz sint ac qualia ac quantacunqz sint hactenus per se se: et per dictos suos omnes seu alterum eorum: uel terra: aut mari
commissis: et perpetratis: et etiam ab omni et toto eo ad quod ipse d. Lambertus: ac predicti sui omnes: seu quispiam eorum tenerentur: aut teneri quomodolibet
posse dicerentur ob quascunqz rapinas vel violentias: damna: crimina: aut offensiones: per eos: seu aliquem eorum hactenus factas: et facta seu fieri mandatas:
aut mandata. Necnon ab omni et toto eo ad quod tenerentur: seu obligati esse censerentur: tam pro crimine: q pro damno: et interesse contra quamuis psonam
illato: et dato vel: Ita et taliter: q ipse d. Lambertus: ac predicti omnes sui vel: seu quius eorum ullo unqz tempore non possint aliqualiter molestari: inquietari
detineri aut bona sua quouismodo arrestari: sequestrari: vel impediri: sed sint omnino immunes: et liberi: ac si dictas iniurias: damna: violentias: rapinas:
excessus: et crimina nunqz commisissent: Aliquibus legibus decretis prouisionibus: ordinibus editis et edendis: et seu aliis quibuscunqz in contrarium disponentibus
no obstantibus: quibus in hac parte dutaxat ex certa scientia derogamus. Mandantes omnibus: et singulis Officialibus: et Magistratibus nris quibuscunqz presentibus
et futuris: quatenus has nras liberationis et absolutionis tras firmiter obseruent: et faciant perpetuis temporibus obseruari. In quorum testimonium presentes
fieri: et registrari iussimus: nrique sigilli munimine roborari. Dat. Mediolani die quinto Aprilis. MCCCCLXIIII.

J. Cichus

PALAIS DE MONACO ARCHIVES

Sforza
(1464)

Sforza
(1464)

Savoia
(1461)

Esempi di lettere: chiuse

7°

Li 6. Luglio
1444.

egrio carimo nro Johanni
Grimaldis -/

Eg

Visconti
(1444)



p. 16

Dux Mediolani etc. Papie, Anglerieque Comes ac Janue dns.

Dilecte nr. Mittentes ad partes illas Nobilem dominicum Guagardum familiarem nrm dilectum pntis exhibitorem, nonnulla sibi commisimus tibi vive vocis oraculo nomine nro referenda. Cui itaque nobis super inde firmiter credas. Dat. Mediolani die vi July MCCCCXLiiii.

Marcolinus

PALAIS DE MONACO ARCHIVES

Visconti
(1444)


Rex Aragonum et utriusque Sicilie

Magnifice vir devote nobisque dilecte, venit ad nos dong. p. de finario presentium lator et exposuit aliqua vestri parte. Super quibus nostram sibi declaravimus voluntatem et sic ad mag. v. duximus remittendum ut intentum eius nostrum referat et verbum conferat de singulis opportunis. Quocirca mag. v. rogamus ne ex sui mora admirationem fariat pro his enim que nobis varie occurrerunt opportunit prefatum p. apud nos aliquandiu detinere quemadmodum ipse poterit ma. v. vivis affatibus enarrare. datum Neapoli die XXV° may anno domini millesimo CCCC° XXXXIIII°

Rex Alfonsus

Fonolleda

Aragona (1444)

Lettere di privati



Superleone Bonghi a Petrolo da Carate (1480)


Petrolo fratello. Io ebbi li chiodi 200. et non vi mandai
li dinari subito perché el mi bisognava ancora le sopradicte
cosse le quali adesso mando a tore. et sic io poi como vengo
fori verrò da voi et darovi li dinari.

primo due lame da porta
item brocchi venetiani B
item chiodi da usso 25 vel 30.
item uno anello da porta.

qual tutte cosse darelli ad
electione del maistro presente
portatore. Et non li sia fallo
et io vene pagarò. offerendomi etc.
die 3. marcij 1480.

Jacobus Suardus doctor et frater

3

CONGREGAZIONE DI CARITÀ
BERGAMO

Giacomo Suardi a Petrolo da Carate
(1480)